



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 59. Ludovicus XIV. Franciæ Rex Rhemis inauguratus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Sæc. XVII. quæ antea ei oblata fuerunt, bene-
 A. C. 1654 ciis deinceps vitam moresque Purpo-
rato Præsule dignos usque ad postu-
 mum vitæ suæ diem exhibuit.

§. LIX.

Ludovicus XIV. Franciæ Rex Ro-
mis inauguratus.

Die tertia Junii Ludovicus XIV. Fran-
 ciæ Rex anno ætatis suæ decimo
 septimo Rhemos unacum Regina Ma-
 tre, Henrietta Angliæ Regis Vidua
 ejusque tribus Filiis atque ingenti Pro-
 cerum frequentia venit, pro more
 inaugurandus, sacroque ungendus ob-
 sequenti ergo die idem Rex Missæ Sa-
 crificio necnon Concioni a Dolensi Ep-
 scopo habitæ in Ecclesia Cathedrali ma-
 xima Religione interfuit, suæque con-
 scientiæ labes Archiepiscopo aperuit.
 Postea ad Aram deductus, coram
 dem Archiepiscopo Pontificia veste
 nato consuetum juramentum exsol-
 vit his ferme verbis: *Ego Ludovicus*
Romani Ecclesiæ Protectorem, fidei Apo-
stolicæ Cultorem, rituum Catholicorum
servantem me perpetuo fore polliceor,
et quoque fidem meam, hæreticis regno exigi-
dis operam impensurum, privilegia
propugnaturum, jura subditis non nisi
æquo & bono daturum. His pronun-

tis addidit: *Sic me Deus adjuvet, & hæc* Sæc. XVII.
sancta Dei Evangelia. Postea eidem sa- A. C. 1654.
 oratus porrigebatur ensis, ut eo arma-
 tus tanquam Ecclesiæ primogenitus Fi-
 lius Matrem defenderet: quo factò, an-
 nuloque in datæ fidei pignus accepto
 a Laudensi Episcopo more majorum
 sacro chrismate ungebatur. Rege ad
 hunc modum inaugurato, aves, quæ
 in corbe inclusæ habebantur, in ipso
 Templo liberæ fuerunt dimissæ, ut signi-
 ficaretur, quod populus, qui Christiano
 caret Principe, captivo similis, dum
 vero ejusmodi Regi subditus est, liber-
 tati restituatur. Peracto autem sacro
 solemnî Rex corona e capite sublata sa-
 cram Synaxin sub utraque specie, pri-
 vilegio Franciæ regibus in eorum con-
 secratione concessio, sumpsit, ac demum
 altera die in militarem sancti Spiritus
 Ordinem adscriptus, in Divi Marculphi
 Templo strumosos, quorum plusquam
 tria millia confluerant, injecta in ca-
 put dextera tetigit; non memorant ta-
 men Scriptores, vel ullum fuisse sana-
 tum, licet cunctis viritim pecuniæ fuis-
 sent distributæ; forte autem Ludovi-
 cus XIV. hoc privilegio non gaudebat,
 cum illud duntaxat septimis masculis,
 nullo interjecto partu foemineo natis,
 concessum dicatur. Die autem duode-
 cima Junii Ludovicus Rhemis egressus,
 M 3 lustra-

Sæc. XVII. Iustratis Helveticis copiis altera die in
 A.C. 1654. Templo Patrum Carmelitarum Discipu-
 ceatorum consecrationis suæ octiduum
 celebravit, seque Regnumque suum Deo
 maxima pietate commendavit.

§. LX.

*Arrogans Cronwelli dominatus in
Anglia.*

*Thoiras hist.
 d' Angl. l. 22.
 Tuld. l. c.
 Clarend t. 6.
 pag. 230.*

Subjugatis utriusque Curie Senato-
 ribus Cronwellus velut supremum
 novæ Reipublicæ Caput victorum mor-
 die decima octava Februarii Londinum
 ingressus est, rebusque suis ad vota
 fluentibus omnia ad suum genium, ar-
 bitriumque pro summo imperio effice-
 mavit, cunctis oppido mirantibus quæ
 Regum, Ducum & Principum Orato-
 res huic usurpatori, nudato capite, ut
 jusserat, sua deferrent obsequia: par-
 ter indignabantur tam Regiis partibus
 addicti, quam Presbyteriani, quod Cron-
 wellus post pacem cum Batavis West-
 monasterii die quinta Aprilis firmatam
 quamvis Regium nomen simulata me-
 destia deprecaretur, re tamen ipsa Re-
 galem supremamque potestatem sibi
 quæsito Protectoris titulo sibi ab infima
 plebe attributo exerceret, ac trecentis
 satellitibus ad corporis sui custodiam
 armatis stipatus leges dictaret, & sese
 vice